



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Praesumptio magis in jure fundata, contrariam praesumptionem edidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- Pij V. in Bull. Rom. cap. 43. & in d. com. de spol. clericor. §. 8. num. 1. vers. *præerea*, & 24 num. 7. Quia cum ex similibus beneficiis, & redditibus vix possit quis propter eorum tenuitatem sustentari, si quis, non excedens dictos annuos redditus, nihilominus post obitum relinquat bona acquisita, pecunias, aut mobilia, præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis, officij ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitij,
- 25 ¶ quia, quando factum potest se habere ad delictum, & non delictum, præsumitur in meliorem partem, Bart. in l. non solum, §. sed. ut probari, ff. de nov. oper. nunci. Abb. in cap. auditu & ibi. Felin. num. 33. de præscrip. & in cap. in præsentia, num. 13. vers. sed ultra. de probat. & Gabr. in cons. 275. num. 2. vol. 1.
- 26 Nec obstat, ¶ quod res, quas clericus post clericatum acquisivit, præsumuntur de redditibus ecclesiæ acquisita, ut per Innoc. eod. cap. cum in officiis, num. 3. de testam. quia Innocentius loquitur, & ejus dicta procedunt in bonis à Prælati defunctis relictis, qui amplios redditus habebant. Sed hoc casu, quo beneficiati, juri novo per dictam constitutionem inducto, habent legem certam, & favorabilem, qua non excedentes annum redditum ecclesiasticum triginta ducatorum non faciunt spoliū, si acquirunt, præsumuntur legitime acquisivisse, ut sentit Innocentius in d. cap. cum in officiis. num. 27.
3. ver. quidam tamen.
- 27 Et hæc ¶ præsumptio in jure, & majori verisimilitudine fundata contrariam præsumptionem excludit, cap. quia, & cap. litteras, ext. de præsumptionibus, & ibi Innoc. eod. num. 3.
- Cum enim fundamentum intentionis camerae consistat in illicitis, quæ præteruntur ab ecclesiastico gestis, illud probare tenetur, cum ¶ etiam reus in excipiendo efficiatur actor, & ejus exceptionem probare teneatur, l. 1. ff. de except. Felin. in cap. auditu, num. 33. de præscrip.
- Maximè, si hæres reperiatur in possessione, quia tunc non est privandus, donec probetur bona cadere sub spolio, & camerae onus probandi incumbit, cap. nulli junct. gloss. 12. quest. 5. gloss. in cap. sine manifest. in ver. probatur, in fin. ead. cau. quest. 1. & Pau. de Castr. in l. si quis presbyter. n. 4. C. de episc. & cler.
- 16 Non d. ¶ nec cadunt sub spolio, quæ beneficiatus, dum viveret, emit ex redditibus ecclesiasticis pro sua ecclesia, vel ei, aut aliis ecclesiis vel locis piis tradidit sine fraude: ut si quis fundaret beneficium ecclesiasticum, & emeret redditus pro dotandis amore Dei puellis, aut ad alia opera pia erogaret, dummodo, ipso vivente, dominium fuerit translatum: quia tali casu tempore mortis ecclesia, seu alia loca pia habent dominium, & possessionem, & tunc beneficiatus est eisdem bonis exutus, quæ propterea non vacant, nec in spolio cadere possunt Navar. d. com. de spol. cleric. §. 1. nu. 4. & §. 6. nu. 2. junct. vers. tertio noto.
- Decimò, ¶ nec fit spoliū de distributionibus quotidianis, quia efficiuntur bona propria clericorum, & uti quæ sita ratione laboris, & legitimi servitij, de illis ecclesiastici disponere possunt Gemin. in cap. presenti, de offic. ord. in 6. Dec. in cons. 280. colum. 1. Covar. in cap. cum in officiis, numer. 4. de test. Redo. in tract. de spoli. eccles. quest. 1. numer. 27. vers. ulto.